

QUESTIO VII

An una, & eadem forma substantialis possit informare simul plures materias.

72 Quomodo de una, & eadem forma, sive hęc sit divisibilis, ut sunt omnes forme substantiales eadem de potentia materiae...

ARTICULUS I

Resolutio quaerit quo ad potentiam naturalem.

73 Dicendum est, naturaliter unam, & eandem formam, nec dum posse simul informare plures materias adequatas...

Potes, an saltem successivę hoc sit naturaliter possibile, id est an possit naturaliter contingere, quod eadem numero forma successivę plures materias informet...

74 Quoad secundam partem etiam Prob. nostra Concl. nam continuatio partium materiae est peculiaris quaedam dispositio necessaria ad informationem...

In oppositum obijciunt primo, quod possit eadem forma naturaliter informare plures materias adequatas, & totales; Tum quia quaelibet forma habet naturalem aptitudinem ad informandam...

Resp. ad primum formam habere illam aptitudinem disunctam, sicut etiam e contra habet materia capacitate plurium formarum disunctam...

75 Deinde obijciunt, quod possit eadem forma naturaliter informare plures materias inadequatas dividas, & discontinuas; Tum quia dum homini caput amputatur, experientia docet, caput illud...

Resp. ad primum neg. conf. fatentur enim omnes, in his casibus motum illum, & locutionem non ab anima provenire, quae caput abscissum adhuc informet...

ARTICULUS II

Resolutio quaerit quoad potentiam supernaturalem.

76 Dicendum est, quod licet per divinam potentiam possit una numero forma plures informare materias dividas, & discontinuas, nequaquam tamen informare materias adequatas...

quod forma materiam informet nulla precedente dispositione in materia, dummodo illa sit capax formae, & in proposito materiae...

77 Quo vero ad alteram partem, in qua fita est tota difficultas, Prob. 1. universaliter de quocumque loco, cit. allata. Quoad aliquam immateriali, ratione Scoti...

Confirm. Continens virtualiter, vel eminenter infinitas perfectiones, vel non tot, quin plures; et formaliter infinitum, sed si daretur anima, quae simul, & semel informare posset infinita corpora...

78 Resp. Inhibuit, quod posse informare plures, & plures materias adequatas spectat ad virtutem extensivam, non terminativam termino intrinseco, non vero ad intensivam, quae completatur per informationem unius materiae...

Sed hęc resp. falsa est. Tum quia omnino requiritur nova virtus in forma, ut plures informet materias, quia hic intercedit aliqua causalitas...

80 Sed contra hanc resp. arguitur 1. quia explicari non potest, qualiter elevari possit virtus informativa animae, aut enim hoc fieret in genere quasi causa formalis, per qualitate...

& de corpore in pluribus locis replicata, quia potentia materiae ad recipiendum simul plures formas, & corporis esse eundem in pluribus locis, est mere passiva, nullam dicens perfectionem...

79 Ex hoc refellitur confirmatio allata pro responsione. Tum quia nec ipsi Adversarii dicunt, in casu intervenire unam tantum numero informationem simpliciter replicatam...

Quod vero compositum resultans ex illa forma in pluribus materiis sit unum numero, vel multiplex, parum refert, quia etiam si ponatur unum numero, at tamen debet poni causatum per plures numero causalitates...

Respondet proinde alii, in tali casu formam elevari a Deo, nec dum quo ad similitudinem plurium informationum, verum etiam quo ad substantiam ipsam informationem, seu virtutem informativam...

81 Sed contra hanc resp. arguitur 1. quia explicari non potest, qualiter elevari possit virtus informativa animae, aut enim hoc fieret in genere quasi causa formalis, per qualitate...

nem eius ipsi materię informando ipsam, & aduando, sed non videtur posse Deus supplere in genere causę efficientis, sicut suppletur nequit causalitatem materię, & formę in ordine ad compositionem eandem rationem.

Secundo, dato, quod possit communicari formę hęc nova virtus, vel illa sufficiens est ad informandam materię sex palmorum tantum, ubi prius formę informare non poterat sine tali additum, nisi tres palmas, vel sufficiens est ad informandas plures, & plures in infinitum; si primum, ergo materia sex palmorum erit adęquata formę sic elevatę, & materia trium inadęquata, quia adęquata materię sex palmorum per eandem virtutem, qua prius informabat materię trium, sed per maiorem, quare, ut dicatur informare duas materias sibi adęquatas, deberet poni informare per eandem virtutem informativam, qua prius informabat, & non audiam secundum substantiam; si secundum, ergo hęc virtus informativa erit infinita, ut est deductum contra Ruyum.

Tertio, exemplum, quod affertur de anima facit contra Adversarios, quia anima in informando eatenus potest excedere maximum, quod sibi nunę determinat, quatenus potest synthetice remanere produci perfectior, & perfectior anima, quę una, & eadem numero informare possit majus, & majus corpus in infinitum, vel adęquatum perfectibile, ergo per potentiam divinam solum fieri potest, quod ubi anima nunc informare potest solum materię tantę molis, ut sibi adęquata, perfectior producat, quę possit informare majorem in duplo, ut perfectibile sibi adęquatum.

1. Resp. alii, rationem Scoti non offendere infinitatem in forma elevata, nisi in casu, quod elevaretur ad informandas plures, & plures materias in infinitum, & idęo non probat, quod non possit elevari ad tres, vel quatuor tantum materias adęquatas informandas, & non plures. Sed contra; Tum quia multi ex Adversariis concedunt, & ita omnes fateri tenentur, quod quę ratio forma elevata possit informare duas, eadem ratione possit informare quatuor, quinqę, centum, & sic in infinitum. Tum etiam facit contra alios, quia si elevatio fiat modo illo determinato, qui insinuat in superiori responsione, jam sequitur, quod forma sic elevata determinat sibi quatuor illas materias, vel unam adęquatum, & sic non defenditur, quod elevaratur ad informandas plures adęquatas.

Respon. demum alii, non sequi infinitatem in forma data hypothesei, quia tunc non aduatur plures materias ex sua innata perfectione, sed hoc habet omnino ab extrinseco, sicut a pari nulla sequitur immetasit in corpore ex hoc, quod ponatur in pluribus locis, quia hoc non habet ex sua naturali perfectione, sed omnino ab extrinseco, ut docet Scotus in 4. dist. 10. quęstion. 2. Contra, nulla sequitur immetasit in corpore posito in pluribus locis, quia respectu illorum merę passivę se habet, nullumque habet exercitium virtutis in eorum acquisitione, sed forma, in informando materię, exerget suam virtutem informativam, nec concipi potest, quomodo fieri possit talis informatio sine exercitio virtutis alicuius, & cum informatio fiat per actualem exhibitionem formę ipsi materię, non videtur, quomodo hoc fieri possit per solum concursum Dei extrinsecum abque exercitio virtutis ipsius formę, ergo diversa est omnino ratio de corpore in pluribus locis, & forma in pluribus materię, ut advertit Lichetus loc. citato.

2. Secundo principaliter ex eodem Scoto loc. citat. Probando specialiter conclusionem, de formis a materia dependentibus in esse, & fieri, ex ratione, qua probari solet, eidem effectus plures causas totales esse non posse, nempe in eodem materiis posset informare plures materias adęquatas, tunc a singulis dependet totaliter in genere causę materialis, ergo, &c. Major probatur, quia dependentia essentialis non datur in aliquo ad aliud nisi essentialiter indiget illo. Tum quia si eo non indiget, non dependet essentialiter ab eo, alioquin posset quis pro libito dicere quodlibet a quolibet dependere. Tum quia hęc est differentia inter dependentiam essentialem, & accidentalem, quod sine illa nequit res esse, bene tamen sine illa, si ergo hoc dependet totaliter ab illo, ita ab eo dependebit, ut in tali genere alio non indiget, alioquin ab isto non totaliter dependet. Probatur minor, quia dependentia formę materialis ad subjectum est essentialiter causati ad causam, ut supra in hac disputata ostensum est, ergo si plures simul informaret materias adęquatas, a pluribus causis totalibus, & adęquatis in genere causę materialis dependere, idem argumentum fieri potest de composito, quod ex illa forma cum illis pluribus materiis adęquatis resultat, & ratio iuxta, quia identitas numerica compositi, & specifica, aut a sola forma, aut ab ea præcipue, sumitur jam idem numero effectus essentialiter dependet a pluribus materiis, quarum singule sufficerent divisim pro eius constitutione. Negat Adversarii majorem illam absolutę, quod idem effectus dependere nequeat a pluribus causis totalibus. Sed jam solide probata est, & suffus probatur infra disputat. 8. qu. 3. artic. 2.

Respondent quidam ex nostris oppositum tenentibus concedendo majorem, sed negando minorem, quia forma ita posset poni in pluribus materiis, ut dependeret totaliter ab una, aliis autem uni-

ta esset per modum simpliciter unionis, qui non haberet rationem sustentationis, vel sicut nec ab una, nec ab alia dependeret, si nempe tali modo utriusque uniretur, sicut enim potest Deus formam materialem producere extra materię, sic etiam possit illam in materię inducere per modum simplicis unionis, & non sustentationis, vel denique ita posset poni in pluribus materiis, & non sustentationis, sed partialiter, & a nulla adęquata, ut dependens in sententia afferente modum unionis formę materialis cum materia non posse a sustentatione præcidingi, & posita unionem materię cum tali formalitate intelligi dependentiam ex parte formę, & sustentationem ex parte materię, nullatenus subsistere potest; verum, quia non oppositum docuimus disput. 2. quęst. 5. artic. 4. fatetur dato casu, quod hoc modo poneretur ut Deo in pluribus materiis evitari inveniendus allatum in argumento, verum cum Doctor loc. cit. sic arguit, supponit, quod forma recipitur in pluribus materiis contra connaturalem modum suę dependentię a materia, & in hoc sensu argumentum non solvitur per allatam responsionem; & quod cum hoc dicitur in tali casu posse ab omnibus partialiter dependere est intelligibile, quia explicari nequit, quod pacto concursus materialis illorum subiectorum obtineretur, ut singulari non nisi partialiter concurrant.

Tertio, si est idem numero compositum, quod forma cum hac materia consistit (ut est communior opinio) & rursum cum alia, & alia sequitur, quod eadem res existens, potest iterum substantialiter produci, quod est omnino absurdum, quia generatio substantialis est transiens de non esse simpliciter ad esse simpliciter, ita ut res, quę substantialiter producit, supponit ante non existere. Probatur sequela, si enim anima hac cum hoc corpore hunc hominem constituit, scilicet Petrum, si per potentiam Dei eadem anima informat simul aliud corpus tunc cum illo constituit ex hypothese eundem hominem, & ita ille idem homo, qui jam existit, adhuc existens producit, quod licet alii quę concedere non vereantur, tamen nullatenus est concedendum.

3. In oppositum obicitur 1. ex Amico, & Fonseca. Tum ex miraculo iam relato D. Dionysii, nam si sibi anima informat duas partes materie inceptas ad recipiendam informationem ob carentiam debite integritatis, multo magis poterit informare duas materias, quarum singule sunt aptę informari, cum sint integrę. Tum quia finitas, & limitatio formę, licet impediatur eam informationem fieri naturaliter, non tamen fieri per elevationem, sicut virtus activa finita potest elevari ad plures effectus eius, quę naturaliter possit, ut virtus intellectiva Patris determinata ad intelligendum decem, potest elevari ad viginti, imo ad intelligendum Deum, & potentia viviva determinata ad videndum per viginti miliaria, potest elevari ad videndum idem obiectum per triginta.

Respondetur primam rationem nihil argere, si cum multis negetur, motum illarum partium fuisse factum ab anima, & afforatum fuisse immediate fectum a Deo, vel mediante Angelorum ministerio; tenendo tamen, fuisse factam ab anima, ut supra diximus, neganda est paritas, quia in primo casu intervenit sola carentia dispositionis naturaliter necessarię, quales est integritas qui defectus bene potest a Deo suppleri, at in secundo casu intervenit carentia virtutis informativę, quia limitata est ad unam materię, & a Deo suppleri nequit, ut probatur est, & dato, quod suppleretur per augmentum eius, jam tota materia illa, ad quam redditur apta informandam, per tale supplementum esset una sibi adęquata, & non plures adęquate. Ad 2. negatur assumptum, nec valet paritas adducta pro eius probatione de virtute activa, virtus enim activa potest utriusque elevari a Deo ad aliquid efficientem supra vires suas, potest enim extrinsece adjuvari per auxilium speciale, vel alio modo, ut suo loco dicemus; verum forma ad informandum eadem, potest elevari ad viginti, imo ad intelligendum elevari, ut patet ex disputatione super habita cum Ruvo, & Amico; & dato, quod elevaretur per augmentum virtutis informativę, jam materia, quę prius sibi erat adęquata, modo dicitur sibi inadęquata, & cum alia unam adęquatum conflueret.

4. Secundo obicitur ex Murcia. Tum quia potentia passiva materię potest elevari ad plures formas simul recipiendas, & potentia informativa ad plures materias informandas. Tum 2. quia idem corpus elevari potest ad plura loca occupanda sibi adęquata, & idem numero effectus pendere potest per potentiam Dei a pluribus causis totalibus, ergo, &c. Tum tandem quia idem accidens potest esse in duobus subiectis adęquatis, nam casu quo corpora essent in eodem loco; haberet idem ubi.

Respon. ad 1. jam ex dictis patere, quod non valet paritas de potentia passiva materię, & informativa formę, quia hæc dicitur potentiam, non illa. Ad 2. negatur, eundem effectum posse in pluribus causis totalibus pendere; conceditur, idem corpus esse posse in pluribus locis, sed inde nihil sequitur, quia non currit paritas in pluribus locis, sed inde nihil sequitur, quia non currit paritas in illis corporibus, quibus correspondet ex parte loci dicitur circumscriptione actiiva; dicuntur vero illa duo corpora in eodem loco, quia eadem superficie ambiuntur, inquam quę loca est actiiva fundantur, quare dicuntur in eodem loco ratione materialis loci, non ratione formalis.

Tertio

Tertio tandem obicitur ex Ruvo. Tum quia forma hæc habet proportionem cum quilibet materia, quam non informat, ergo ex parte eius non repugnat, quia potest successivę informare plures materias, si a Deo conferretur, & in hoc nullo apparet repugnantia, ergo &c. Tum etiam quis maior in infinitum est virtus agentis supernaturalis, quam naturalis, sed virtute agentis naturalis forma applicatur ad unam materię, ergo virtute supernaturalis potest simul, & semel pluribus applicari, sed eo ipso, quod forma est applicata materię per modum adęqę, illam informat, ergo &c.

1. Resp. ad 1. negat. sub illatum minorem, posse scilicet Deum elevarę formam ad illam simultatem, cum quia ex illa similitate contradictoria sequuntur, tum quia talis elevatio quo ad similitate fieri nequit sine elevatione quo ad substantiam informationis, quam etiam Ruvis ipse initiatur. Ad 2. concedimus posse ab agente supernaturali eandem formam localiter applicari diversis materiis adęquatis, ita ut singulis sint intimę pręsens, vel replicetur in pluribus virtutibus, non totam diversam comburet, quia non habet majorem virtutem replicatas, sicut etiam idem homo nullius replicatus non habet majorem virtutem ut homine solo, sic a pari dicendum est in proposito, quod illa eadem numero forma in pluribus materiis replicata non omnino informat, sed unam tantum, quam scilicet Deus voluerit, ceteris vero erit flos intimę pręsens.

Sed instans, non valere paritatem, quia in alatis casibus de particula ignis replicata, replicatio non infer effectum majorem, vel plures effectus, quia pluralitas effectuum non pendet ex illa simplici replicatione, sed ex maiori, & maiori virtute activa agentis, at in proposito pluralitas effectuum formalium pendet ex simplici replicatione formę in pluribus materiis, causalitas enim formę non fit, nisi per adulescentiam ipsius communicationem materię, ergo &c.

Resp. negat. minorem, quia causalitas formalis fit etiam suo modo per exercitium maiore, vel minoris virtutis informativę, quia ratione vicinibus, quod idem numero calor, quanto majori materia communicetur, minus perfecte illam informat, & si per communicationem intelligatur unio substantialis per modum actus ad potentiam, concedimus, causalitatem formę in tali communicatione consistere, sed hæc non oritur ex illa simplici replicatione in pluribus materiis, sed oritur ex virtute informativę eius, quę in una tantum materia excerceret, & non in aliis, licet eis supponatur intimę pręsens, sicut per communicationem intelligitur simplex intelligenti localis, tunc absolute negatur, quod in tali communicatione consistat causalitas formę.

QUÆSTIO VIII.

An materia, & forma substantialis immediatę uniantur, an vero mediatę.

2. Tripliciter potest intelligi quęstio sicut triplex medium inter materię, & formam excogetur potest, primum in ratione subiecti recipiens formam, secundum in ratione dependentis subiectum ad formam recipiendam, tertium in ratione vinculi, seu nexu unientis materię, & formam, in primo sensu quęstio non habet difficultatem, fatetur enim omnes, formam substantialem recipi immediatę in ipsa essentia materię, & etiam ita loquuntur, qui volunt, quantitate, & qualitates dispones precedere in materia formam substantialem, non enim volunt, huiusmodi accidentia ita intercedere inter materię, & formam, quasi direxerit se formam recipientem, sed tantum quatenus præparat ipsam materię, quę immediatę in se suscipit formam. In secundo sensu est magna controversia inter Thomam, & Scotum ex una parte, Nominales, & Averroistas ex alio sibi enim afferunt, necessarium esse duplicem dispositionem intermediam, quantitate, scilicet, & qualitate, quantitate quidem ad extendendam materię, ut fiat subiectum idoneum, & formę materialis, & agentis naturalis, quod non agit nisi inquantum, qualitate vero, ut materię de se indifferenter ad omnes formas recipiendas disponat, & determinat ad hanc, vel illam formam recipiendam, quam sententiam sequitur Suarez in Met. disput. 14. lect. 3. Morian. disput. 1. de Gen. dub. 6. in fine, & omnes ferę Recentiores. Illi vero negant utramque quantitatem enim ponunt immediatę inherere composito, & simpliciter dispositiones necessarias pro productione novę formę recipi in toto composito precedente, & nunquam permanere in instanti, in quo introducitur forma, sed ad interitum compositi, præcedentis interitio, quia tales dispositiones non indicant esse necessarias pro informatione novę formę, sed tantum pro expulsiōne veteris. Verum tamen est adhuc inter Scotistas, & Thomistas esse discrimen. Thomistę namque omnes, formas substantiales afferunt immediatę uniri materię primę, excluendo non solum medię accidentia, sed etiam substantiales formas, quod non concedunt Scotistę in animalis, ubi volunt, formam mixti precedere

animam in ratione dispositionis materialis, ut patet ex dictis qu. 6. huius disp. art. 1.

In tertio domum sensu non est minor controversia inter Nominales, & ceteros schoolas, an unio substantialis, quia uniri dicuntur materia, & forma, fit aliquod medium distinctum ab utraque, an potius fit profusidem cum essentia utriusque, ita quod seipis immediatę uniantur. Nominales enim contendunt, præter indifferantiam, sive intimum pręsentiam materię cum forma, non esse superaddendum aliquid modum realem, & positivum per quem formaliter dicatur adinvicem uniri, ita Greg. 1. dist. 28. qu. 2. ad 17. & 18. Bacon. 3. dist. 1. qu. 1. art. 1. Auroel. 4. dist. 44. artic. 6. Ocham 1. dist. 30. qu. 1. ad 2. & alii eiusdem scholę. Communis tamen opinio oppositum docet, nimirum præter indiffantiam, & intimum pręsentiam admitti debere modum realem, positivum, per que n. dicatur substantialiter adinvicem unita, quę est opinio Scoti 1. dist. 30. quęst. 2. F. & 2. d. 12. qu. 1. & 3. d. 2. qu. 2. & 4. dist. 12. qu. 1. & clariss. n. 2. dist. 1. qu. 5. sup. A. 2. citatur etiam D. Tho. 3. p. 9. 2. art. 7. & 1. par. 9. 7. art. n. 3. 6. 2. citatur etiam Recentescentes omnes, Suarez disp. 15. Met. lect. 6. m. 6. Vaf. 3. part. disp. 19. num. 24. Ruvis, Murcia, Averro. Hic iteudus in Phyl. Complut. disp. 6. Phyl. 2. ubi ostendunt hanc esse communem in schol. D. Th. & Ariari. disp. 3. Phyl. sec. 1.

ARTICULUS I.

Ostenditur, formam non uniri materia medię aliquę accidentie absolute.

1. Descendunt est, formam substantialem immediatę informare materia nulla mediante quantitate, ac qualitate. Ita Thomistę, & Scotistę omnes, & quidem non medię quantitate docuit Scot. in 2. dist. 3. quęst. 4. sup. M. & d. 15. quęst. un. A. & in 4. dist. 12. quęst. 4. G. quibus in locis negat, materię primam esse subiectum inhærensionis quantitas, & affirmat, esse compositam; non medię vero qualitatem docuit ex professo 4. dist. 12. qu. 3. ubi docet, qualitatem corruptentis nunquam producere qualitatem incompositibilem formę corrupendę, sed quando veniatur ad ultimum gradum qualitatis compositibilis cum ea, tunc generans introducendo suam formam, corrumpit etiam quam corruptione perit qualitas eam sequens, quę ad ultimum gradum gradum necessarii ad conservationem illius formę, unde ante adventum ipsius formę substantialis de novo generat in materia non præcedit qualitas in gradu incompositibilis forme corrupendę, sed qualitas in tali gradu dimanet forma ei ipsi. quod est introducta, quare dispositiones necessarię pro conservatione formę in materia, non antecedunt ipsam, sed comitantur iam immediatę copulatam materię; Veritas autem huius Concl. dependet ex dictis, cum disp. 2. qu. 8. art. 4. tum disp. 3. qu. 1. ubi fere probatum est, compositum esse subiectum accidentium, & non materię primam, quam etiam ex professo defendunt Fabor Theor. 35. Cavellus disp. 1. de Anim. lect. 17. Sgemma 1. Phyl. digress. 7. qu. 5. & Ruvis 1. de Gen. c. 4. tract. 2. quęst. 4. trad. 3. quęst. 8. & trad. 4. quęst. 11.

Et prob. 1. quia potentia substantialis prius respicit actum substantialem, quam accidentalem, ergo prius etiam illi unitur, quia eo ordine uniantur actus potentis, quo ab eis respiciuntur; Nec respondere valet materię respicere prius actum, quam formam substantialem ordine intentionis, quia respicit illam, ut finem, ad quem ordinatur eius potentia; sed ordine executionis prius respiciendę accidentalem, utpote quę præparat, disponit materię ad recipiendam substantialem, & idęo prius ordine executionis uniri accidentali, quam substantiali; Non valet. Tum quia materia de se est in magis proportionata ad recipiendam formam substantialem, quam ad recipiendam accidentalem, quia est eiusdem generis cum illa, non cum ista, ergo immediate, & prius uniantur illi, etiam ordine executionis; Tum quia non indiget forma accidentali, ut prævia dispositione in ratione receptivi, quia de se est inmediate capax formę substantialis, sed potius in ratione effectivę auferentis impedimenta, quę obstat introductio novę forme, unde non est opus, ut remaneat in instanti generationis. Tum tandem quia, ut dicatur disponere ad receptionem formę substantialis sufficit, quod recipitur in composito precedente non autem immediatę in materia prima, ut docet Scotus 4. dist. 1. qu. 5. E. ubi inquit, quod licet forma disponens in genere causę materialis vel ratio recipiendi, sicut est organizatio in corpore respectu anime, recipi debeat in eodem subiecto, in quo introducenda erit forma ad quam disponit, tamen non est necesse, quod forma, quę disponit tantum in genere causę efficientis auferendo impedimenta, quę obstat introductio novę forme recipiatur in eodem subiecto, cum ea, sed sufficit, quod recipiatur in eodem composito, vel supposito.

2. Secundę dispositiones, quas agens inducit in materię, in totis de corpore expellit, & sua nisi introducatur, recipiuntur in toto composito precedente, non autem in materia prima immediatę, ergo rursus ad interitum compositi illius, nec permanent in instanti generationis; Consequentia patet, quia in eo instanti migrarent, si remaneret, de subiecto in subiectum, transirent enim de toto composito, cui adęquatē inhærebant, & de forma in materię solam. Probatur assumptum, nam experientia patet, quod dum ignis calefacit lignum, ut ex hac alteratione possit inducat formam

ignis, calor in toto ligno recipitur, ut refertur Philosophus 5. Phyl. 3. ubi loquens de tali alteratione inquit, *motus manifestum est, quod in ligno est, idque sensus ipse docet, nam experimur, non solum materiam, sed etiam formam ligni, & totum lignum fieri calidum, ergo sequi immediate inheret calor formæ ligni, sicut materie, neque enim dicendum est, formam ligni esse calidam calore existente in altera parte, scilicet, materia, quæ ab ea resistit differet, & quidem dum tangimus lignum, vel aquam ferventem sentimus calorem, fed tunc non tangitur sola materia ligni, vel aque, sed materia, & forma, & totum compositum, ergo totus ille calor est in toto composito, non in sola materia prima.*

Tertio, dispositiones impossibiles cum forma corruptenda, & quæ sunt necesse formæ in informatione, & conservacione formæ genitæ, non præcedunt illam in materia, sed comitantur, & ab ea stant, ac eæ genitæ, dimanant, ergo aliæ dispositiones præcedentes corrumpuntur in instanti generationis, & non remanent in materia, & consequenter forma substantialis informatur materia nudam. Consequentia patet, Probatur assumptum. Tum quia huiusmodi qualitates, & affectiones rebus contrariis, dicuntur illis coexistere, ergo non antecedunt illas, sed comitantur. Tum quia huiusmodi qualitates necesse sunt pro conservacione formæ in materia antecedunt ipsam, & in virtute illarum forma substantialis educitur de materia, potius forma substantialis ab ipsis dimanabit, quam è contra. Tum tandem quia est commune prologium, quod in generatione rei, qui dat formam, dat consequentia formam, ut qui dat formam ignis, dat consequenter calorem, siccitatem, levitatem, &c. ergo qualitates huiusmodi conaturales, sive sint ab agente mediate, vel immediate, semper consequuntur formam substantialem.

89. Quarto, præviæ dispositiones, quæ introducuntur ante formam substantialem, non introducuntur ex necessitate materie, quia ipsæ sunt de se proportionata ad actum substantialem, nec reddunt proportionata per accidentalem, & cum eæ nuda, eo ipso est proxime disposita ad hanc, vel illam formam iuxta conditionem agentis, cuius actioni subest, nam tunc censetur proxime disposita, cum per præviæ alterationes manet expoliata forma veteri, & dispositionibus contrariis modo supra explicatis, & subest tali agenti, quod non potest in eam, nisi talem formam inducere. Neque introducuntur ex necessitate formæ generandæ, nam qualitates necesse sunt pro eius conservacione ipsam comitantur in instanti generationis, & non antecedunt, ergo remanent, ut inquitur, ad quæ necesse est formæ generandæ, quæ non potest expelli à subiecto, nisi præviis alterationibus.

Respond. introduci præviæ dispositiones ex necessitate materie, quæ de se indifferentes est ad omnes formas, quare per præviæ dispositiones determinari debet potius ad hanc, quam ad illam, nec sufficit, inquit, quod determinetur ab agente, quia non tantum extrinsecè, sed etiam intrinsecè debet eius potentia vaga determinari, quod fit à dispositionibus illi inherentes in materia in ipsa generationis instanti.

Sed solum est, non sufficere agens ad determinandam materiam indifferentem, & ad recipiendam potius hanc, quam illam formam, nam in generatione accidentali videmus, agens sufficere, lignum enim de se est indifferens ad calorem, & frigus, si verò applicetur igni, recipit calorem potius, quam frigus, non ob aliquam dispositionem præcedentem, sed propter determinationem, & naturam agentis, sic etiam intellectus, quamvis de se illimitatus ad multas intellectiones producendas determinatur ad hanc, vel illam ex concursu huius, vel illius obiecti determinati, ut Scot. docet in 2. dist. 3. quest. 7. Bb. sic etiam lignum in artificialibus ab Artifice determinatur ad hanc potius, quam illam formam, nam statarius inducit formam Statuarum, arteis nauticus sciens formam navis, & sic de aliis, ergo etiam in naturalibus dicendum est de materia, quod cum de se sit illimitata ad omnes formas recipiendas, ad hanc, vel illam determinatur ex concursu determinati agentis, ita docuit Scot. in 2. dist. 12. quæ 2. F. ubi postquam dixit, quod nulle forme circa materiam primam sunt simpliciter immediate, causam deinde intelligens, quare materia, quamvis de se capax cuiuscumque forme quandoque potius unam, quam aliam recipiat, ipsam assignat ex parte agentis naturalis.

90. Quinto tandem præcipuum fundamentum alterius sententie est penitus ruinofum, ipsa enim putat, dispositiones præcedentes in materia concurrere ad introductionem novæ forme in genere cause materialis, materiam, scilicet, excolendam, & preparandam veluti rationem recipiendam, quia sine his subiectum ineptum materia foret formæ introducendæ, ut explicat Mercenarius in suis Dilucidat. vol. 2. pag. apud nos 72. re etiam ita se habente, utique permanere deberent dispositiones in instanti generationis, nec posset forma substantialis informare materiam nudam, fed saltem est, quod in genere cause materialis concurrant, cum potius concurrant in genere cause efficien- tis, ut Scot. cit. 4. dist. 1. quest. 5. E. utpote instrumenta, quibus utitur agens ad expellendam formam, & dispositiones contrarias eo modo, quo ipse declarat 4. dist. 12. quest. 3. ad hoc autem minus obediendum, cum ipse necesse, ut in instanti generationis permaneat, cum ipse non attingat, nec corruptionem substantialis formæ, & consequenter, neque determinati gradus, quem forma vetus sibi præscribat pro sui conservacione.

In oppositum obicitur 1. præcipuum fundamentum, quod nisi in instanti generationis permaneat præviæ dispositiones in materia, ipsa tunc indifferens remaneret ad omnem formam, quia si neccidentibus non plus determinaretur ad hanc, quam ad illam. Nec sufficit dicere materiam remanere determinatam, & quasi fixatam ad hanc formam eo quia tales vel tales dispositiones immediate præcesserint in ipsa, ut quodamplures Thom. respondent, quia talis fixatio, & immediata ordo ad dispositiones, quæ præcederint in materia, nihil reale ponit in ipsa, fed solum denominationem extrinsecam, vel respectum rationis, per quæ nec potest esse realis, & physice determinata ad talem formam, nec realis pro ea disposita. Nec sufficit dicere cum Scotitis, quod determinetur ex determinatione agentis, nam instant Mercenarius, & Suarez loc. cit. quod licet possit admittere responsum in generatione, quæ fit ab agente univoco, & particulari, nequaquam tamen procedere in generatione, quæ fit ab agente æquivoco, & communi nam si à Sole ex putrida materia rana generari debeat, & dispositiones pro tali generatione introducantur in ipso generationis instanti corrumpantur, tunc materia indifferens remaneret ad omnem formam, & ad omnem materiam, & cum Sol quoque fit generans indifferens non solum ad omnem materiam, sed etiam ad alias, ut vespes, & mus, tum ratione materie, tum ratione agentis, quod præsens est, non magis rana, quam alterum animal poterit procreari, ergo presentia agentis non sufficit ad determinandam materiam ad hanc formam, fed requiritur in materia aliqui ipsi inexistens, & intrinsecè determinans.

91. Resp. responsum Thomistarum non sufficere, sufficere tamen Scotitarum etiam in generatione, quæ fit ab agente æquivoco, quia licet agens huiusmodi indifferens sit, quantum est ex se, ad plures effectus, determinatur tamen ad hunc, vel illum effectum, ad hanc, vel illam formam introducendam ex hoc, vel illa alteratione præviæ, etenim alterando hoc modo materiam, ponit illud ordinem nature, utpote talem alterationem præcedentem sequatur talis forma, & alterando alio modo sequatur alia forma, etiam si materia de se sit indifferens ad recipiendum, & virtus agentis illimitata ad agendum, sic videmus in artificialibus, ex usu diversorum instrumentorum idem agens efficiere diversos effectus, non alia ratione, nisi quia unum instrumentum determinat intervire ad producendum hunc effectum, & non illam, ut terra ad fecundum, calamus ad scribendum, &c. ita suo modo dicendum in naturalibus.

Sed contra hoc arguit Suarez, num. 33. tota alteratio, quæ procedit, in sententia nostra, per accitens est, ad tollenda, scilicet, impedimenta, quæ sunt ex parte passi, ergo ordo, & successus inter illam alterationem, & sequentem aditionem non potest esse per se, nec inde unum potest sufficiens ratio determinationis. Resp. alterationem posse duplitem considerari, vel in ordine ad agens, vel in ordine ad subiectum, si consideretur in ordine ad subiectum, utique per accidens se habet alteratio ad generationem, quia interviret solum ad impedimenta tollenda, non autem ad determinandam materiam in ratione receptivi, sed fit in ordine ad agens consideretur, tunc alteratio præviæ per se ordinatur ad talem adionem subsequentem, quia agens alterando hoc modo, non potest generare, nisi hoc modo, ut ignis v. g. non potest in lignum inducere, nisi formam ignis, si dispositiones præcedentes sunt calor, siccitas, & raritas, potest exemplis declarari in artificialibus, potest solum lignum varias figuras, & formas recipere ab agente, determinatum tamen ad hanc, vel illam formam recipiendam, quia agens circa illud operando utitur hoc, vel illo instrumentum, sic in naturalibus potest materia, quantum est ex se varias recipere formas, & agens æquivocum dare, fed agens utendo hæc præviæ dispositione, necessitat potius ad hanc formam introducendam quam illam, siquidem dispositio ipsa est instrumentum idoneum pro introductione illius tantum, & non illius forme.

Sed dicit, præviæ dispositiones ad hoc nihil conferre, cum actu non existant, fed præcesserint. Resp. nihil utique conferre ad determinandam materiam, ut volebat Thomista, valde tamen conveniunt ad determinandam agens, cum enim agens incepit per tales dispositiones expellere à materia contrarias, cum ipse non possit expellere formam substantialem, nec illum gradum ultimam, quem sibi prescribit, petunt naturaliter, expulsiorem illius forme, cum suo gradu determinato in instanti terminativo alterationis fieri debere à forma illius consentanea, vel cui ipsæ sunt contrarias.

92. Secundo, apud omnes Philosophos receptissima est distinctio illa materie in primam, & proximam, id est preparatam, & ultimam dispositam ad determinatam formam, & quod unaqueque forma recipitur in materia sibi accommodata, iuxta illud Phyl. 2. de An. 24. & 26. actus, & forme recipiuntur in patiente bene disposito. Consequenter ad recipiendam actionem cuiuslibet agentis, unde si agens v. g. aer, quod omnes dispositiones ad formam eisdem speciei cum v. g. ante introduxerit in aquam, in illo instanti annihilatur, & eodem instanti propi ipsam materiam aliam agens, ut ignis collocatur, inducet ignis formam suam sine ulla dispositione præviæ, quia materia est nuda, & sine impedimento, & forma substantialis aque eo instanti corrumpitur, nec esset alius agens, quod suam formam induceret, imò etiam agens fortius, ignis v. g. si eo instanti applicaretur, quia fortius agit, induceret suam formam, non aer, quamvis permaneret, & si duo agentia æqualis virtutis essent eo instanti

stantiam applicata, neutrum introduceret formam, licet unum præviæ dispositiones ad formam induxisset, quæ omnia parum videntur esse insum.

Resp. etiam nos admittit, & illam distinctionem, & dictum Philosophum sed non eo sensu, quo voluit Adversarij, ubi enim per Philosophum proximum intelligit ipsi materiam accidentibus redam, & adibratam, non intelligimus materiam ipsolam qualitativè contrariis, sed ultimam gradum, quem ipsi forma vetus determinat, iam iam recepturam formam novam confirmem dispositionibus, quæ proximè præcesserint, unde ex ordine, quem dispositionibus, ad dispositiones proximè præcedentes, & ad foret ad agens, ad dispositiones proximè præcedentes, & ultimam de novo recipiendam, ut dicitur Philosopho, volumus enim disposita. Admittimus etiam dictum Philosopho, volumus enim disposita, quæ licet bene dispositum, cum remota sint impedimenta, & patiens potest dici bene dispositum, & adhuc probè dispositum, & qualitate contrarie formæ generandæ, & non illam, licet enim respiciendo subiectum, potest intervenire pro introductione alterius forme, quod illud omnino denudat, & proximè capax reddunt cuiuscumque forme, tamen respiciendo agens, non possunt illi intervire, nisi pro introductione huius forme, quia tunc instrumenta accommodata ad hanc præciæ effectum.

Ad Confirm. concedimus primum casum, cum enim dispositiones præviæ non sint necesse, nisi ad expoliendam materiam qualitativè contrariis in eodem forme venturæ, si agens repetit materiam nudam, & in instanti plane poterit introducere formam, quia ratione conceditur etiam casus secundus, etiam si agens debilius introduxisset dispositiones pro forma vice speciei, nam agens fortius tunc applicatum deleat illas dispositiones, & alias introduceret pro forma vice speciei. Ad tertium casum dicimus, quod si agens sua equalis virtutis, ut supponitur, vel neutrum ageret, vel ageret ad quendam effectum medium, in quo passim non perfecte assimilaretur uni, nec alteri, ut Scot. docet 4. dist. 10. quest. 2. K.

93. Tertio, ex hoc sequitur, quod agens semper efficiere ex quantum materia effectum sibi perfecte similem in omnibus qualitativè sibi conaturalibus, quia si prius omnino denudat materiam, & illam relinquit sibi similem in natura specifica, necesse est, ut ad illam formam consequantur omnes qualitates conaturales, quia nihil est, quod resistat formaliter in ipsa materia, sed experientia oportum docet, videmus enim multa substantialiter generari cum admixtione peregrinorum qualitativè ob indifferentsiam, vel impuritatem materie, ex qua generantur. Nec respondere, valer cum aliquibus, hæc admixtione peregrinorum qualitativè non provenire ex eo, quod in materia aliqua superfluit relinquitur qualitativè contrarie, fed ex reactione, que interviret in generationibus naturalibus inter qualitates contrarias, hinc enim procedit, quod agens non potest introducere formam perfectè sibi similem quoad gradum individualibus, & hoc obstat, ne tibi sibi similem quoad gradum individualibus, non valet hæc consequentia eam omnes qualitates conaturales, & expellat responso, quia cum agens tantum vincat pugnam, & expellat materiam veterem cum omnibus qualitatibus contrariis, cum eorum virtus nullam amplius habet impedimentum, poterit formam suam omnem gradum individuales (si illorum habet latitudinem, quod alia) perfectè sibi etiam similem producere, sicut aqua amoto impedimento se reducit ad proximam frigiditatem.

Resp. argumentum etiam Adversarij urgere, quia si dispositiones præviæ in sententia ipsorum agunt utique ad expulsiorem forme substantialis inclusive, certè si corrumpunt formam substantialem, corrumpunt etiam quemlibet gradum qualitativè, quod enim potest in majus, potest, & in minus, unde materiam reddent omnino preparatam, & dispositam pro introductione novæ forme absque ulla penitus admixtione peregrinorum qualitativè, quia nihil est, quod resistat formaliter in materia, nam contrarie qualitates penitus sunt expulsi, dicendum igitur, sepelis intervenire huiusmodi impuras generationes, quia non semper expellitur à quantumque parte materie forme veteris, fed in aliquibus remanent adhuc particule quedam forme veteris cum contrariis qualitativè, que reddunt generationem impuram, exemplum fit de vino, in quo si admiscetur parum aque, illam in se ipsum convertit perfectè, & totaliter, expellendo a partibus materie aque singulas forme aque particulas cum suis qualitativè, ac si aqua miscetur magna quantitate, ita pugnat cum vino, ut vinum non possit perfectè illam in se ipsum convertere, fed remanent in ipso alique adhuc particule aque, que reddunt vinum impurum, unde ex hoc non sequitur, in generationibus impuris remanere reliquias qualitativè contrarias in materia genitæ, fed remanere etiam aliquas particulas forme veteris cum illis, in diversis tamen partibus materie ab illis, in quibus introducitur ea forma nova.

94. Quarto, non repugnat, dispositionem manere cum forma, ad quam disposita, Tum quia in animatis organizato est dispositio ad animam, & tamen manet cum ipsa anima. Tum 2. quia dispositio debet esse in eodem subiecto, in quo forma recipitur, & in eo manere, ut codem dicatur esse in subiecto disposito. Tum 3. quia dispositiones non solum sunt necesse, & ad excludendâ formam op-

positam, fed etiam ad conservacionem novæ, & ad informationem, nam si ad hoc necesse non forent, non esset ratio, cur destructis dispositionibus, destruat & forma. Tum tandem quia non videtur rerum naturis consensum, quod perfectum, ut est forma substantialis, enti imperfectissimo, ut est materia prima, immediate uniatur sine aliquo apparatu.

Resp. ad 1. ex Scoto cit. 4. dist. q. 5. E. quod duplex est dispositio ad formam, alia, quæ disponit in genere cause materialis, veluti ratio recipiendi, & sic est organizatio respectu anime, quia anima est à suo corpore organici, alia est, quæ disponit solum in genere cause efficien- tis, auferendo scilicet impedimenta, quæ obstant introductioni novæ forme, ut sunt præviæ qualitates in proposito, & tales remanere cum forma non est opus. Ad 2. valet assumptum de dispositione prioris generis, non posterioris, hæc enim sufficit, quod recipiatur in eodem supposito ex Scoto ibidem. Ad 3. dicimus, duo esse genera dispositionum, quodam faciant pro introductione forme, & hæc sunt præviæ ad formam, & in eas adventu recedunt cum forma veteri, quodam pro illius conservacione, & hæc sunt concomitantes, quæ manent cum forma notionis, & hæc dicimus, formam suapte natura petere, ut immediate contingat materie ad hoc ut fiat ex ipsis unum per se, ad quod accidens medium nudum non juvat, fed potius efficiet unionem per accidens.

95. Quinto videmus, post instanti generationis, formam novam cum suis qualitativè reperiri, ergo signum est, istas permanisse cum forma in ipso generationis instanti, dicere namque, præviæ qualitates ab agente introductas in ipso generationis instanti perire, & novas à nova forma dimanare, est prolixus vanum, quia nequit assignari, à quo illæ corrumpuntur, & à quo illæ generantur, Probatur primum, nam dum ignis in aërem suam formam inducit, siccitas, & calor in aërem introductus dispones ad formam ignis, non potest ab ipso igne corrumpi, cum habeat easdem qualitates, neque à forma, quæ inducit, quia illa requirit illas dispositiones, Probatur quoque secundum, quia dum frigus interit homo, manet adhuc post mortem aliquid calor in cadavere, fed calor ille nequit à generatione produci, scilicet à frigore, neque à forma nova cadaveris, cum potius sit productiva frigoris.

Confirm. quia nec etiam assignari potest tempus, vel instanti, in quo qualitates illæ præviæ corrumpantur, & nova generantur, Probatur primum, quia ista forma ultimè disponens in eo instanti, in quo ultimo introducit, aut simul est cum forma generanda (quia cum corrumpenda consistere nequit) aut tunc ab ea corrumpitur, & corrumpi, habetur intentum, & sic condendum, ergo in illo instanti simul est, & non est, nam in illo instanti terminativo alterationis perficitur ultima dispositio, Probatur secundum, nam vel novæ qualitates istæ introducuntur ab agente prius natura, quam forma, & sic non materia nuda, sed ultimis dispositionibus affecta subibitur forme, vel posteriori natura, & sic vocari non possent dispositiones ad formam, cum eam referantur introductam.

96. Respond. negat, assumptum quod ad utraque partem, Ad probat. primum dicimus, calorem à nullo per se corrumpi, fed per accidens ad corruptionem subiecti, quod erat aer. Ad probat. secundum dicimus, calorem illum non produci de novo, fed esse eundem calorem, qui prius erat in animali interituro, unde argumentum urget Thomistas, non admittentes forum pluralitatem in composito, ac proinde dicentes, calorem illum de novo produci.

Ad Confirm. negatur etiam assumptum quod ad utraque partem, Ad probat. primum ait Tromb. 8. Met. q. 2. 5. *Hæc argumenta, &c.* argumentum urget Thomistas, qui ponunt, dispositionem ad formam substantialem terminari ad alium gradum, ad quem necessario sequitur corruptio forme veteris, & generatio novæ, nec juvat si dicant, primum esse forme generandæ esse primum non esse ipsorum dispositionum, nam cum generatio forme fit secundum eam in instanti terminativo alterationis, & in eodem eam acquiratur ultimus gradus dispositionis impossibiles forme veteri, plane vel in eodem instanti terminativo alterationis simul erunt, & ambo primum esse habeant, vel in illo eodem instanti simul esset, & non esset: imò cum secundum ipsos ultima dispositio attingat productionem forme substantialis, oportebit, illam esse in eo instanti, quo forma producit. At ratio ista non urget Scotistas, ait Tromb. qui ponunt tantum terminum extrinsecum alterationis, & non intrinsecum, & etiam quod nullus est gradus in alteratione indubitus ab alterate, ut alterans est, qui sit impossibilis formæ corruptendæ, fed talis indubitus, vel à generante, vel à me corruptendæ, fed talis indubitus, fed secundum Scotistas est terminus forma genita, unde generatio secundum Scotistas est terminus, qualitates præviæ corrumpi in ipso generationis instanti, ita quod primum esse forme fit primum non esse illarum, si generatio fit in instanti, vel ultimum non esse forme fit ultimum esse illarum, si fit in tempore. Ad 2. probat. five ille nove qualitates ponantur à generante produci, five à forma geniti, de quo lib. de Gen. dicimus, posterius natura ipsa forma produci, & licet dicitur nequeant dispositiones ad formam introduci, & dici tamen possunt, & debent dispositiones ad formam conservandam.

97. Sexto Trombeta loc. cit. ut probet contra Thomistas, formam embryonis non recedere in adventu anime, adducit rationes quasdam,

